UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Homilia Rhegini Constantiae Cypri episcopi, habita Ephesi post Nestorii depositionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

ſtorii doctrinam veluti morbum quempiam peſtiferum exciderunt; vt fidem immaculatam, inculpatamque, ac nulli prorſus reprehenſioni obnoxiam tenentes, Chriſto omnia propter nos, noſtrique cauſa perpeſſo, placere poſſimus. Exhilarate vero etiam nos per literas. Illæ enim nobis maximæ erunt conſolationi. Bene valere vos opto, dilecti & deſideratiſſimi fratres.

Homilia Rhegini Conſtantiæ Cypri epiſcopi, habita Epheſi poſt Neſtorii depoſitionem.

DECREVERAM equidem ſilere, eaque ratione patres honorare, nec orationem inſcitiæ meæ monimentum relinquere. Sed quoniam, o ſapiens, ſilentium expetentem ſilere non pateris, orationis exordium mihi faciendum eſt. Dictum eſt enim alicubi:
Prou.12. v.15. Sapiens audit conſilium. Quia ergo magnus ille ſacrorum myſteriorum doctor te dedit depinge-
Iſ.14. v.12. re, dum ait: Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane orie-
Apoc.18. batur? & : Quomodo Babylon cecidit? alteri te conferre non valeo, quam Iudæis, qui Dominum occiderunt: horum namque im-
Deut.32. v.9. Rom.9. v.4. pietatem tu exſuſcitaſti. Illi enim aliquando Dei portio extiterunt, legemq; acceperunt, & filiorum adoptione dignati ſunt, & innumeris bonis potiti fuerūt. Verum cum in beneficiorum magnitudine ebriorum more inſanirent,
Iſai.1. Deum dicentem audierunt: *Filios genui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me*. Sed quo te nomine
Geneſ.4. quiſpiam recte appellet? An infelicis illius Cain vocabulo te nun-

Νεστορίου κακοδοξίαν * ἐκκόψαντες· ἵνα καὶ ἄσπιλον, καὶ ἀμώμητον, καὶ οὐδαμόθεν διαβεβλημένην ἔχοντες πίστιν, εὐαρεστεῖν ἰσχύσωμεν τῷ τὰ πάντα δι᾽ ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεμενηκότι Χριστῷ. εὐφράνατε δὲ καὶ διὰ γραμμάτων ἡμᾶς· δεξόμεθα γὰρ ὡς ἱκανωτάτην τὸ πρᾶγμα παράκλησιν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί. ANNO CHRISTI 431. * [illegible]

Ῥηγίνου ἐπισκόπου Κωνσταντίας Κύπρου ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ μετὰ τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου.

ΕΜΟΙ μὲν ἐδόκει σιγᾶν, καὶ ταύτῃ τοὺς πατέρας τιμᾶν, καὶ μὴ στήλην ἀπαιδευσίας καταλιμπάνειν τὸν λόγον. ἐπεὶ δὲ σιγᾶν ἐθέλοντα οὐκ ἐᾷς, ὦ σοφὲ, καί μοι τῶν λόγων ἀρκτέον. εἴρηται γάρ που· ὑπακούει συμβουλίας σοφός. οὐκοῦν ἐπειδήπερ σε διαγράφειν * ἔδωκεν ὁ μυσταγωγὸς, λέγων· πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; καί· πῶς ἔπεσε Βαβυλών; ἀναγκαίως ἑτέρῳ τινὶ οὐκ ἔχω συγκρῖναι, ἢ Ἰουδαίοις τοῖς κυριοκτόνοις, ὧν τὴν δυσσέβειαν ἐξῆψας. οὗτοι γάρ ποτε θεοῦ μερὶς ἐγένοντο, καὶ τὸν νόμον ἐδέξαντο, καὶ υἱοθεσίας ἠξιώθησαν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν ἀπήλαυσαν· καὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἐμπαροινήσαντες, ἤκουσαν θεοῦ λέγοντος· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. τί δ᾽ ἄν σέ τις προσειπὼν, ὀρθῶς προσείποι; τὸν ἄθλιον Κάϊν; ἀλλὰ τὸ * [illegible]

ANNO CHRISTI 431.

ἐκείνου μετεωρότερα τῶν σῶν. τὸν ἐλεεινὸν Χάμ, τὸν τῇ τοῦ πατρὸς ἐπιγελάσαντα γυμνώσει; ἀλλὰ τὰ Σοδομιτῶν ταῖς σαῖς δυσφημίαις ἀντιμετρήσας, εἴπω· δεδικαίωται Σόδομα ἐκ σοῦ. σὺ γὰρ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὴν οἰκουμένην ἐσάλευσας, καὶ τὴν πίστιν ἀνατρέψαι ἠθέλησας, καὶ τὴν ἄρρητον οἰκονομίαν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς πορθῆσαι ἐσπούδασας, τό γε ἧκον ἐπὶ σοί· ὥστε καὶ περὶ σοῦ λέγεσθαι· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι τοῖς σοῖς τραύμασιν, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμοις. καὶ ἔδει μὲν ἔκπαλαι πρὸς ἔλεγχον τῆς σῆς δυσσεβείας, μικρὰ ὧν τετόλμηκας ἀπόνασθαί σέ τε καὶ τὴν σὴν παρεμβολὴν, ἢ πυρίφλεκτον, ἢ χασματιαίαν γενομένην, ἵνα τοῖς ἁπλουστέροις φαίνοιο δίκας δεδωκώς. παρ' ἡμῖν γὰρ ἤδη δέδωκας· ὁ γὰρ παρὰ σοῦ μεριζόμενος θεὸς λόγος, ὁ προκύψας ἔνσαρκος ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας, ἄφυκτόν σοι τὸ τῆς βασάνου κολαστήριον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὁρίζει. ἀλλὰ τί φαίης, ὦ θαλάσσης καὶ θανάτου ἀνοητότερε; θάλασσα μὲν γὰρ τὸν δεσπότην ἰδοῦσα τὰ νῶτα ὑπέστρωσε, θάνατος δὲ Λάζαρον ἐδίδου τοῖς ἐξ αἵματος, ἀσυνήθει νόμῳ. καὶ σιγῶ ἥλιον ὑπὸ δέους κρυπτόμενον διὰ τὸ δεσποτικὸν πάθος, πέτρας ῥηγνυμένας, μνήματα διοιγόμενα. καὶ εἰ μικρά σοι ταῦτα, αἰσχύνθητι τῶν ἐγερθέντων νεκρῶν τὴν μαρτυρίαν, τὴν τοῦ ᾅδου πυλωρῶν τὸν τρόμον, τὸ τοῦ καταπετάσματος σχίσμα, τοῦ φωτὸς τὴν μεταβολὴν, τῆς ἡμέρας τὸ σκότος. καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἔμεινεν ἀκαμπὴς ὁ δείλαιος, ἀνουθέτητον ἔχων

cupabimus? Atqui Caini commiſſa tuis minora extiterunt. An miſerabilem illum Cham te vocem, *Geneſ.9.* qui paternam nuditatem deriſit? Sed & Sodomitarum facta cum *Geneſ.19.* tuis collata blaſphemiis, eiuſmodi ſunt, vt dicere nobis liceat: Sodoma iuſtificata eſt ex te. *Ezech.16. v.52.* Tu enim breui temporis ſpatio terrarum orbem commouiſti, fidemq; euertere voluiſti, & ineffabilem illam aduentus in carne vnigeniti diſpenſationem, quantum in te fuit, penitus demoliri ſtuduiſti, ita ſane, vt recte illud dici de te quoque poſſit: Vulnera tua ma- *Iſa.1.v.6.* lagma non admittunt, oleum & colligationem faſciæ reſpuerunt. Enimuero ad manifeſtam impietatis tuæ redargutionem iam pridem exiguum aliquod audaciæ tuæ precium tibi & tuis caſtris, conflagratione, terræve hiatu conſumptis, reddi oportuerat, quo ſimplicioribus pœnas dediſſe videreris. nam apud nos iam dediſti: quandoquidem Deus Verbum, quod ex deipara virgine Maria incarnatum prodiit, abs te diuiſum, in die iudicii ineuitabile cruciatus ſupplicium tibi decretum eſt. Ecquid, o tu & mari & morte inſipientior dicere poteris? Etenim mare Dominum agno- *Matth.14.* ſcens, dorſa illi ſubſtrauit; mors vero inſueta lege Lazarum con- *Ioan.11.* ſanguineis ſuis reſtituit. Præterea *Matth.27.* ſolem ob Domini paſſionem præ horrore celatum, petras ſciſſas, monumenta aperta. Quod ſi hæc parua tibi videntur, reuerere reſuſcitatorum mortuorum teſtimonium, ianitorum inferni tremorem, veli ſciſſionem, lucis mutationem, diei tenebras. In his autem omnibus infelix, inemendabilem prauitatis conſuetudinem

retinens, immobilis perſtitit. Ac illius quidem talis eſt ſtatus. Nos autem diuinis nutibus obſequentes, adoremus Deum Verbum, quod in carne nobiſcum verſari non eſt dedignatum, quamuis per hoc a paterna ſubſtantia minime receſſerit, exiſtens ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo oris ſui.

τῆς κακίας τὸν τρόπον. καὶ οὗτος μὲν ἐν τούτοις. ἡμεῖς δὲ τοῖς θείοις νεύμασιν εἴκοντες, προσκυνήσωμεν τὸν θεὸν λόγον, τὸν καταξιώσαντα μετὰ σαρκὸς πολιτεύσασθαι μεθ' ἡμῶν, οὐκ ἐκστάντα τῆς πατρικῆς οὐσίας, ὄντα ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, φέροντά τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τοῦ στόματος αὐτοῦ. Anno Christi 431.

Cyrilli epiſcopi Alexandrini homilia Epheſi dicta, cum ſynaxes peragerentur, depoſito Neſtorio.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ὁμιλία λεχθεῖσα *Ἐφεσίοις, συνάξεων ἐπιτελουμένων, καθαιρεθέντος Νεστορίου.

* ἐν Ἐφέσῳ

OPORTEBAT ſane doctorum eorum, qui ante nos dixerunt, inſtitutione contentos, ſacriſque fluentis iam repletos, ſatietatem hanc honorare. At vero quia animaduerto vos inſatiabili audiendi ſtudio incenſos; agedum & nos quoque pauca iis quæ ante iam dicta ſunt, conſentanea in medium afferamus. Nullum itaque dubium eſt, quin illuſtris ſanctorum chorus ex Chriſti laudibus decus & ornamentum capiat, glorioſeque exultet eo nomine, quod ſincere illum diligat. Beatus itaque propheta Iſaias alicubi ad ipſum ait: *Domine Deus meus glorificabo te, hymnum dicam nomini tuo, quoniam feciſti res admirabiles.* Et beatus propheta Dauid: *Lingua mea*, inquit, *meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.* Et hic quidem ſanctorum eſt ſcopus. At vero mali & ſcelerati, magnum illud, venerandumque ac profundum incarnati vnigeniti myſterium ignorantes, temere blaſphemant, incontinenſque ac effrenatum os aperiunt. Quamobrē audiant hi pro-

Iſai.25.

Pſ.34.v.28.

ἘΔΕΙ μὲν ἀρκεῖσθαι ταῖς τῶν προλαβόντων διδασκάλων μυσταγωγίαις, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐμπεπλησμένοις νάμασι τιμῆσαι τὸν κόρον. ἐπειδὴ δὲ βλέπω πρὸς φιληκοΐαν ἀπλήστως διακειμένους, φέρε καὶ ἡμεῖς ὀλίγα λέγωμεν τοῖς προλαβοῦσιν ἀκόλουθα. ἔστι τοίνυν οὐδαμόθεν ἀμφίβολον, ὅτι ταῖς εἰς Χριστὸν εὐφημίαις ὁ λαμπρὸς τῶν ἁγίων ἐπισεμνύνεται χορός, καὶ καύχημα ποιεῖται τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον. καὶ γοῦν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας πρὸς αὐτόν που φησί· κύριε ὁ θεός μου δοξάσω σε, ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα. ὁ δέ γε μακάριος προφήτης Δαβὶδ ἡ γλῶσσά μου, φησί, μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. ἀλλ' οὗτος μὲν τοῖς ἁγίοις ὁ σκοπός. οἱ δὲ πονηροὶ καὶ ἀλιτήριοι, τὸ μέγα, καὶ σεπτόν, καὶ βαθὺ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς οὐκ εἰδότες μυστήριον, δυσφημοῦσιν ἀφυλάκτως, ἀκρατὲς καὶ ἀπύλωτον ἀνοίγοντες στόμα. οὐκοῦν ἀκουέτωσαν λέγοντος πρὸς